Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



petierit de suis eligat qui dignus sit sacerdotio fungi.
Ordinatus autem caueat elationem aut superbiam nec quicquam
presumat nisi quod ei ab abbate precipitur sciens se mul
to magis disciplinę regulari subditum nec occasione
sacerdotii obliuiscatur regulę disciplinam et obedien
tiam sed magis ac magis in deum proficiat Locum uero illum semper
attendat quo ingressus est monasterium preter officium
altaris. Et si forte electio congregationis et uoluntas
abbatis pro uitę merito eum promouere uoluerit quam tamen
regulam a decanis uel prepositis constitutam sibi seruare
sciat Quod si aliter presumpserit non sacerdos sed rebellio iudi
cetur. Et sepe ammonitus si non correxerit etiam episcopus ad
hibeatur in testimonium Quod si nec sic emendauerit cla
rescentibus culpis proiciatur de monasterio. si tamen talis
fuerit eius contumacia ut subdi aut obedire regulę
noluerit

De ordine congregationis.

ORDINES suos in monasterio ita conseruent
ut conuersionis tempus aut uitę [illegible] meritum
discernit utique abbas constitue[illegible]erit a[illegible]rit Qui
abbas non conturbet gregem sibi com[illegible]missum nec
quasi libera utens potestate iniuste disponat aliquid